



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

48 Legata pecunia ad certum usum pium, quando Episcopus poßit  
testatoris voluntatem commutare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ut plurimuram scripturarum antiquarum fuerint deperdita, seu quandoque fraudulenter celatae, cui incumbat onus probandi. & hoc calu recurrentum est ad probationes summarie sumendas in visitatione, vel ex ita, ex officio, vel ad Procuratoris mensae Episcopalis instantiam, etiam parte non vocata, & constito. quod titularis, vel ejus prædecessor celebraverit, seu celebrare fecerit Missam unam, vel plures singula hebdomada per aliquot annos, super illa consuetudine celebrandi, seu celebrari faciendo tot Missas, debet Episcopus ecclesiam manuteneri in possessione, in qua existit, immo etiam, si aliquo tempore Missae non fuerint celebratae, semper est restituenda, quia Ecclesia minori equiparatur, c. 1. de integr. ref. & Jas. in l. legatum, n. 18, ff. 44 de leg. t. datur tamen Ecclesiae restitutio aduersus præscriptionem quadragenitam, ut post alios tradit Covart. qui de communi opinione restatur in 3. par. ref. s. tertius, n. 4. & beneficia non doantur sine onere, ut communis experientia docet, & cum à communiter accidentibus presumantur beneficia dotata cum onere Missarum in salutem animarum fundatorum, qualibet levis probatio transfert onus probandi in negantem servitatem debitam, quia alleganti præcessorem tamen non ex obligatione, sed ex de votione celebrasse, & celebrari fecesse, onus probandi incumbit, ex traditis per Cassad. super Reg. Cancell. decis. 3. num. 2.

Quarto, tamen dubitarur: dato, quod fructus beneficii sint adeo tenues, quod supportatis oneribus in Missis celebrandis, & paramentis manutenenendis non super sint aliqui fructus pro Rectoris sustentatione, an Missae sint reducendae: cum enim, rector sit titulatus, videtur, quod partem

fructuum ad sui sustentationem percipere debeat, qui enim servit altari, de altari vivere debet, c. cum secundum de præben. & ibi Ab. n. 2. quod est verum, sed qui fructus percipere prætendit, & beneficio servitatem impositam reducere, potius detrahere, quam servire beneficio videtur, dispositio tamen enim ad certum usum maximum piuum facta pro lege est servanda. au. b. de nupt. §. 4. spousat. col. 4 c. ultima voluntas, & ibi gloss. 13. q. 2. c. tua nobis, & ibi gl. i. ver. volunt. de test. prædicta regula, quod Episcopus legatum ad unum uolum factum in aliud mutare non possit, fallit in pluribus.

<sup>48</sup> Primò, enim tamen fallit dicta regula, si testator legavit pecuniam ad certum uolum piuum non ita necessarium, puta ad pingendam ecclesiam, quæ minatur ruinam, cui aliter provideri non potest, quia tunc Episcopus poterit pecuniam ad picturam faciendam non ita necessariè destinatam, in aliud prius uolum magis eidem ecclesie, populo, ac religione necessarium commutare. l. fin. ff. de oper. pub. & Covar. cod. num. 7. in fin.

<sup>49</sup> Secundo, tamen fallit in legato calicis, vel alterius vasis, aut panni factio ecclesiae non indigenti speciei legatae, sed alterius rei carrentis, ut planetæ, albæ, pixidis, vel alterius paramenti, de quo aliter provideri non possit; quia tunc poterit Episcopus pecuniam in emendo calice, vel alio vase ad ecclesiam, quæ eo non indiget, destinato. ad alia eidem ecclesiae necessaria emenda applicare, ex conjecturata mente testatoris, qui legando, si de ecclesiae necessitate certioratus fuisset, verisimiliter ita disposuerit, arg. tex. in l. generaliter, §. f. C. de instit. & l. cum avus. ff. de condit. & demonstr.

Tta

Ter-